



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Die Veneris Sextum iter ab Herode ad Pilatum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

3. Vbi ad Herodem venit Iesus, ab illo humaniter (ægrè ferentibus, qui eum adduxerāt, Iudæis) exceptus fuit, de multis magnâ instantiâ rogatus, præsertim, ut miraculum aliquod pararet; verum curiositatem Herodis silentio repellens, cum accusaretur constanter à Principibus Sacerdotum, & Scribis, à Rege & ab eius exercitu spretus, & iudicatus stultus, veste alba indutus fuit.

DIE VENERIS.

Sextum Iter ab Herode ad Pilatum.

1. **F**actis ad invicem amicis Herode & Pilato, qui antè inimici fuerant, remissus fuit Ie.

sus, alba illa veste indutus, ideo-
que liberiùs per viam à Ministris,
& alijs vexatus, & sæpe, partim
quia ipse pedibus consistere non
poterat, partim ex crudelitate
inimicorum per terram rapta-
tus.

2. Reversus ad Pilatum iterum
innocens declaratus fuit, cum
Barabba compositus, & eidem
postpositus crudelissimæ flagel-
lationi adhibitis funibus, catenis,
iuncisque marinis expositus; spi-
nis coronatus, veste purpureâ il-
lusus, iussus sedere fune cinctus,
arundine in manu gestata, igno-
miniosis modis Rex salutaris.

3. Denuò ad Pilatum circum-
ductus fuit, ab eoque examinatus

iterum, & planè innocens reper-
tus, ab ipsomet Pilato in pergula-
lam quandam productus, ita mi-
serè tractatus, & deformatus in
conspectum omnis populi, ut ad
compassionem moveret; sed per-
suadentibus Principibus ac Scri-
bis, crudeli vociferatione clamore
populi dignus proclamatus,
qui omninò crucifigeretur.

DIE SABBATI.

*Septimum iter à palatio Pilati ad
Montem Calvaria.*

VIdens Pilatus obstina-
tionem Iudæorum, & ti-
mens ne perderet amicitiam Cæ-
saris, manus lavit, ut se monstra-
ret innocentem; & nihilominus

sedens